Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

in vestimentis depictis. Ibi deus per hanc ymaginem
multas virtutes gracias ac mirabilia operatur. Et legitur
quod temporibus quibus christiani terram sanctam possidebant quod
quedam vidua volens servire deo in hoc monte here-
mitorium elegit et fecit quod omnibus cupiebat esse
incognita ne propter diversa humana negocia aliqua
impediretur. Ipsa quandam matronam habuit sibi consciam
que interdum eam visitavit et necessaria attulit et mini-
stravit. Accidit quadam vice quod illa matrona sibi
conscia iherusalem et alia loca sancta visitare intenderet
et tunc vidua heremita ipsam humiliter et devote ro-
gavit ut sibi aliquam ymaginem beate marie in ta-
bula depictam deportaret nam eam continuo
et sincero corde habere desideraret. Quod et matrona
facere promisit. Et recepta a vidua heremita licenciam
ad sanctam iherusalem perrexit et visitatis omnibus locis
sanctis tabulam ligneam cum ymagine beate marie
depictam comparavit et versus hunc montem satis sero
Sardenay perrexit. Et cum venisset non longe a Jor-
dane invasit eam horribiliter leo. Que nesciens
fugere et tabulam depictam cum manu quasi scuto pro saltu
leonis se protexit. Et leo quam cito tetigit tabulam
recessit et mediis et matrona per iter ceptum
ad montem perrexit et que sibi acciderat heremite